1349. viij Aprili. Ex MS Civitat Sandomir

Nos Kazimirus Dei gratiâ Rex Poloniae universis et singulis, quibus exhibitum fuerit scriptum praesens publice profitentes declaramus. Quod prohibitum, ut nullus hospitum seu mercatorum quorumcumque per Zmigrod versus Hungariam transire deberet, feceramus, tamen voluntatem et potestatem nostri Regni salubrius protendentes ad petitionem fidelium nostrorum Civium Sandomiriensium eandem prohibitionem ex nunc revocamus, dantes omnibus mercatoribus hospitibus et hominibus universis, cujuscunque status et conditionis fuerint et existant, omnimodam et liberam transeundi per Zmigrod cum eorum mercibus, et redeundi, facultatem, harum Nostrarum testimonio literarum Datum et Actum in Radom Feria secunda post Dominicam Judica Anno Domini MCCCXLIX. (L. S.) 377. 75